



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Variorum In Europa Itinerum Deliciae**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

In Lusitania, Prope Viseum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

TUMULUS OVIDII POETÆ IN FI-  
nibus Græciæ & Walachia, teste Laurentio  
Möllero in historia Polonica &  
Moscovitica.

Fatum necessitatis lex.

Hic situs est vates, quem divi Caesaris ira  
Augusti Latia cedere jussit humo.  
Sæpe miser voluit patriis occumbere terris,  
Sed frustra; hunc illi fata dedere locum.

IN LUSITANIA,  
PROPE VISEUM.

Semicapri quicumq; subis sacraria Fauni,  
Hæc lege Romana verba notata manu:  
Euphorbus jaceo hic: mecum Mercala quiescit,  
Quæ soror, & genitrix, qua mihi sponsa fuit.  
Ficta putas, frontemq; trahens anigmata Sphingis  
Credis? sunt Pythio vera magistripode.  
Me pater è nata genuit, mihi jungitur illa.  
Sic soror, & conjunx, sic fuit, illa parens.

ARRAGONIÆ.

Quò vadam, nescio. Invitus morior. Valetè posthu-  
mi.

M. Posthumius eques.

IN ANTIQUISSIMIS  
AREVACIS HISPANIÆ  
COLUMNIS.

Diocletian. Jovius Maximian. Hercules Cæss. Augg.  
amplificato per Orientem & Occidentem imperio  
Rom. & nomine Christianorum deletò, quia Rempub.  
evertēbat.

Diocle-